BRAHMA-VAIVARTA-PURÁNI

SPECIMEN.

TEXTUM E CODICE MANUSCRIPTO

BIBLIOTHECAE REGIAE BEROLINENSIS

EDIDIT

INTERPRETATIONEM LATINAM ADIECIT

ET

COMMENTATIONEM MYTHOLOGICAM ET CRITICAM

PRAEMISIT

ADOLPHUS FRIDERICUS STENZLER.



BEROLINI

EX OFFICINA ACADEMICA

MDCCCXXIX.

APUD FERDINANDUM DÜMMLER.

FRANCISCO BOPP

PRAECEPTORI

DISCIPULI PIETAS.

Quae adhuc prodierunt ex prelis Europaeis sive integra carmina Indica sive singula maiorum carminum episodia, omnia fere ita sunt comparata, ut vel eum, qui minime curat, quantum valeant ad dilucidandas res philosophicas et mythologicas, mira sua venustate et sublimitate non possint non allicere. Quibus quanquam longe inferiora sunt poemata illa, Purânorum nomine notata, maximam partem res mythologicas et historicas tractantia, tamen, utpote primarii mythologiae indicae serioris fontes, perscrutatione diligentiore haud sunt indigna. Ex his cum adhuc nihil fere publici iuris factum sit, haud alienum videbatur tradere hominibus literarum indicarum studiosis Brahma-Vaivarta-Purâni particulam. In animo erat, enarrare hoc Purâno duce integram de Krishno ac Râdha fabulam, quippe quae prae ceteris digna mihi videretur, in quam diligentius inquiratur. Desiderabam autem tres priores huius Purâni sectiones, quae, quod ex Hamiltonii catalogo coniicere licet, maximi sunt momenti

ad illustrandas res permultas, alioquin obscuriores. Huc accedebat, quod loci haud pauci aliorum codicum collationem requirere videbantur; qua re motus, nunc speciminis caussa edere malui duo capita, enarrantia cum septem oceanorum originem, tum caussam, cur Krishnus una cum Râdha in terram descenderit; in posterum, si non improbent viri docti, ubi plurium codicum conferendorum facultas fuerit, propositum peracturus.

De Brahma-Vaivarta-Purâno in universum pauca tantum habemus dicenda. Nam codex MStus Bibliothecae Regiae Berolinensis, ex quo sequentia duo capita transscripsimus, nil continet, nisi sectionem huius Purâni quartam, श्रीकृष्णजन्मखण्डम्, seu *de natalibus Krishni* inscriptam, divisamque in centum et triginta duo capita (*), quorum penultimum, quod अनुक्रमणिकम् inscribitur, totius Purâni summam breviter repetit. Quae ex hoc capite, collato prospectu, quem Hamiltonius exhibet in catalogo suo pag. 36. et seqq. sub numero VIII. (108.) codicum bengalicis literis scriptorum, coniicere licet, haec fere sunt.

Narratur totum hoc Purânum a Sûto (सूत), auscultante Saunaco (शौनक), dicitque Sûtus, audisse se haec

(*) Valde igitur mutilatus videtur codex Parisiensis, cuius sectio quarta non nisi viginti quattuor continet capita. Cfr. Hamiltonii catalogum.

omnia ab ipso Vyâso. Inducit vero Sûtus Nârâdum et Nârâyanum colloquentes ab initio sectionis secundae usque ad caput centesimum vigesimum nonum sectionis quartae. De sectionibus tribus prioribus haud multo plura dicere possumus, quam quae habet Hamiltonius: nam caput illud anukramanicum brevius scriptum est, quam ex quo totum argumentum continuo ordine referre valeamus. Sectionis quartae capite primo Nâradus his fere verbis alloquitur Nârâyanum: „Iam antea narrata est „sectio de Brahmane, ब्रह्मखण्डम्; tum ipse a te audivi „sectionem de Natura प्रकृतिखण्डम्, et sectionem de „Ganêso गणपतिखण्डम्. Nunc vero narrare velis prae-„stantissimam illam sectionem de natalibus Krishni श्री-„कृष्णजन्मखण्डम्, quae liberat hominem ab omnibus cor-„poris et animi morbis, redditque eum sapientem, Ha-„ris cultorem, beatum." Cui respondet Nârâyanus, verbis amplificans praestantiam huius sectionis, hymnoque celebrans et ipsum Vishnuem, et eius cultores, Vaishnavos; quo finito, in capite secundo et tertio, iisdem, quae nos exhibuimus, narrat caussam descensus Krishni ac Râdhae in terram. Poetam addictam fuisse Vaishnavorum partibus, perspicuum est cum ex hymno illo, cap. 1., tum ex capite quarto, ubi narratur, Terram, onere pressam, precibus adisse Brahmanem, qui onus auferret. Cui quaerenti, quorum hominum pondere vexata sit, Terra respondet, cum alios multos impios

ingratosque nominans, quorum pondus gravius sit, quam quod ferri possit, tum eos praecipue qui Krishnum non venerentur, eiusque cultores contemnant.

De singulorum Deorum ex summo numine origine disputatum esse videtur in prioribus sectionibus: nam sectio quarta, quod valde dolemus, nihil de hac re narrat. Attamen haud plane inutile erit, brevi comprehendere, quae de singulis deis invenimus memoratu digna.

Krishnus seu Haris est summum numen, non vero mera Vishnuis incarnatio. Patet hoc cum ex multis aliis locis, tum e versu capitis quarti, ubi dicit poeta, Terram invenisse Brahmanem deum

जपन्तम् परमम् ब्रह्म कृष्ण इत्य् अक्षरद्वयम्
murmurantem summum numen, dissyllabum scilicet Krishni nomen. Reliqui dei non nisi partes illius sunt, ipse vero aeternus, immutabilis, increatus, omniformis, omnipotens. Domicilium eius est

वैकुण्ठम् परमं धाम जरामृत्युहरम् परम् ।
वायुना धार्यमाणं च ब्रह्माण्डाद् ऊर्द्ध्वम् उत्तमम ॥
कोटियोजनम् ऊर्द्ध्व च ब्रह्मलोकात् सनातनम् ।
न वर्णनीयं कविभिर् विचित्रं रत्ननिर्मितम् ॥

Vaikunthum praestantissimum domicilium, senectutem mortemque auferens, egregium, vento fulcitum, supra Brahmanis ovum (mundum), altissimum, decies millies mille yojana supra Brahmanis coelum, aeternum, haud depingendum a poetis, discolor, e gemmis fabricatum.

Ex hoc domicilio immensum spatium sursum ascendentes, pervenimus ad coelum bubulcarum, गोलोक, ubi reperimus sedem Râdhae deae, atque innumeras reliquarum bubulcarum sedes solitarias; montem centum cacuminibus praeditum, in quorum uno sita est planities रासमण्डलम् dicta, in qua bubulcarum choreas solemnes, रास, ducere solebat Râdha; porro Vrindarum arborum sylvam, frequentatam ab Krishno et Râdha, et fluvium Virajam, cuius origo narratur in capite priore a nobis exhibito. Uberrime descriptus est Gôlôkus in capite quarto, MS. Berol. pag. 17-21.

Dei Vishnuis rarissime mentio fit: invenimus eum Krishno longe inferiorem, cuius non nisi portio est, et quem devote meditatur. Licetne colligere ex verbis capitis illius anukramanici quod supra memoravimus,

राधामाधवयोः क्रीडा महद् विष्णोः समुद्भवम् ।

procreatum esse Vishnuem ab Krishno et Râdha?

Brahman, mundorum creator et conservator, deorum creaturarumque dominus, habitare dicitur in aula difficili accessu, सभा दुर्गमा, stipatus sapientium, anachoretarum et beatorum principibus, ऋषीन्द्राः, मुनीन्द्राः, सिद्धेन्द्राः; Apsarasibus, quae saltatione, et Gandharvis, qui cantu eum oblectant.

Sivus denique, quem plerumque Sankarum, शङ्करः, appellat poeta, una cum Pârvatî uxore habitat in Kailâso monte, circumdatus a beatis et devotorum

principibus, योगीन्द्राः, itemque Apsarasum saltatione, Gandharvorumque cantu gaudens. Hic praecipue devotorum protector esse dicitur; ceterum cognomina eius, usu frequentata, etiam hic invenimus, scilicet हरः, ईशः, महेशः etc., *dominus,* पञ्चवक्त्रः, त्रिलोचनः, चन्द्रशेखरः, quinque faciebus, tribus oculis praeditus, lunamque in vertice gestans.

Iam liceat nobis, addere nonnulla de Krishni et Râdhae in terra natalibus, sumpta e capitibus sexto et septimo, quae desunt in codice MSto Parisiensi.

Postquam Râdha nata esset a Yasôda, Nandi bubulci uxore, Krishnus, sicut promiserat, Mathuram urbem, in regione Vrajus, व्रज, dicta ad Yamunam fluvium sitam, profectus est. Regnavit ibi Vasudêvus rex, Dêvi filius, una cum uxore Dêvakî(*), filia Dêvaci, filii Ahuci ex familia Yaduis(**). Kansus, Dêvakîs reginae frater, cui vox incorporea ex acre loquens dixerat, octavum sororis filium ipsum interfecturum esse, sororem occidere conatus, tum demum abstinuit, cum Vasudêvus polliceretur, traditurum se illi omnes filios, quos Dêvakis enixa fuerit. Iam occiderat Kan-

---

(*) Sic scriptum invenimus nomen in libro HAMILTONII *Genealogies of the Hindu.* Codex Berol. modo Dêvakî modo Daivakî habet.

(**) Inde cognomina Krishni Vâsudêvus, Bhag. VII. 19, *b.* et Yâdavus, Bhag. XI. 41. *a.*

sus sex Vasudêvi filios, septimusque, a Mâyâ in uterum Rôhinis inclusus, servatus est. Cum vero in eo esset Dêvakis, ut octavum pareret, Kansus custodes collocavit, qui ipsi traderent filium, simul ac natus esset. Dêvakis vero nocte atra tempestatibusque turbida Krishnum filium enixa est, quem Vasudêvus, ipso Krishno iubente, eadem nocte, custodes dormientes fallens, Nandi domum affert, indeque, Nando et Yasôda dormientibus, Râdham filiolam reportat. Hanc custodes, eiulatu e somno excitati, statim ad Kansum apportant, a quo Vasudêvus et Dêvakis multis tandem precibus impetrant, ut vitae eius parcat.

Sufficiant haec de Krishni ac Râdhae historia; fines huic libello constitutos excederem, renarrando omnia quae de Krishni iuventute in capitibus sequentibus iucundissime sunt narrata.

Monenda sunt nonnulla de stylo huius Purâni auctoris. Quem si comparamus cum simplicissimo illo elatissimoque orationis genere, quod deprehendimus in codice Manuis, in Râmâyano et Mahâbhârato, satis confirmari videtur sententia eorum, qui Purâna tempore multo seriore orta esse, quam poemata illa, contendunt. Significatio particularum iam nostri poetae tempore minime videtur fuisse certa ac definita, sed saepissime inserta est prima quaeque particula ad explendum syllabarum numerum. Praecipue particulam च multis in locis

sine ulla vi positam deprehendimus, non nisi पादपूरणाय inservientem; eadem vero in aliis locis, ubi necessaria nobis videbatur, omissa est, ita ut singulae orationis partes minime cohaereant. Sed haec leviora, neque tam ipsius poetae, quam fortasse temporis serioris vitia habenda sunt. Gravius peccasse videtur poeta, nonnunquam ordinem rerum negligens, et confuse narrans, saepe etiam res, nisi fallimur, minime huc pertinentes immiscens. Denique in componendis versibus maiore libertate usus videtur poeta noster, quam antiqui vates. Sed hac in re quoties peccaverit, equidem haud affirmare ausim; nam adhuc, quae sint Slôci leges, non plane liquet. Disseruit quidem de hoc metro vir rei metricae peritissimus, Ewald (*), qui vero nescio an maiore nonnunquam, quam debuit, fiducia iudicaverit. Quas enim ipse proponit huius metri leges, easdem vel in antiquioribus carminibus invenimus neglectas, et saepius quidem, quam ut lectioni corruptae semper tribuendum sit vitium. Operae pretium erit, afferre exempla nonnulla, quae vetita putat Ewald. Incipiamus a pede quarto, in quo praeter Diiambum reperimus Epitritum tertium Ram. (**) lib. I. c. IX, 33, *b.* Matsya. 33, *a.* Draup. VIII,

---

(*) Über einige ältere Sanscrit-Metra. Götting. 1827. pag. 8-13.

(**) Ubi non diserte adiecimus ed. Seramp., semper locos laudavimus ex editione Schlegeliana.

13, *a*. Arj. VIII, 24, *b*. Paeonem quartum seu Proceleusmaticum: Nal. I, 2, *a*. Brahm. II, 16, *a*. Sund. I, 12, *a*. (*) Sâvitr. VI, 9, *b*. Arj. X, 76, *a*. Ter etiam occurrit nobis Epitritus primus, scilicet Brahm. I, 33, *b*. (**) Dêvîmâh. V, 10, *a*. Sâvitr. I, 29, *a*. In pede tertio reperimus Diiambum (***): Ram. lib. 1. V, 6, *b*. VI, 4, *b*. 21, *a*. IX, 6, *b*. XXIII, 16, *b*. LXIII, 1, *b*. 28, *a*. lib. 2. XII, 92, *b*. Epitritum tertium: Ram. lib. 1. IX, 60, *a*. XIII, 54, *a*. XXVI, 20, *a*. XLIX, 21, *a*. Sund. II, 1, *a*. Sâvitr. V, 4, *b*. VI, 9, *a*. Denique in pede secundo evitatur plerumque Diiambus, „scilicet ne similes evadant clausulae (†)," non tamen semper. Exemplis, quae laudat EWALD, Indr. II, 24, *b*. Sund. I, 9, *b*. addas haec: Nal. III, 4, *b*. (††) 13, *b*. Sâvitr. I, 6, *a*. Arj. X, 76, *a*. Matsya. 41, *b*. Ionicum a minori, quem nunquam fere usurpatum putat EWALD, deprehen-

---

(*) Hos locos iam EWALD laudavit, cui vero haud assensus sim, dicenti, literam र् in loco Nal. I, 2, *a*. duplicatam videri; quod in lingua Sanscrita plane vetitum est.

(**) Facili negotio huic loco mederi possumus, pro ब्रुठे: scribentes ब्रुधे:.

(***) In loco Hid. IV, 23, *a*. pro चकर्षतु: bene correxit EWALD चकृषतु:.

(†) Verba sunt cl. SCHLEGELII, praef. ad Bhag. p. XX, cui assentit cl. BOPP, praef. ad Indr. pag. XX. not.

(††) Ubi vox नृपां facile mutare potest in नृपां. Cfr. BOPP. Gr. reg. 182.

dimus: Indr. V, 52, *a.* Hid. I, 17, *a.* Sund. I, 5, *b.* III, 1, *b.* Sâvitr. VI, 2, *b.* Ram. lib. 1. IX, 16, *a.* 36, *a.* LIV, 7, *a.* lib. 2. XVI, 32, *a.* Ionicum a maiori haud notatum invenio in excerptis meis metricis (*). — In pede primo nullum fere pedem tetrasyllabum non invenies. Attamen rarissime occurrunt, quos cl. DE CHÉZY vetitos dicit, pedes. Choriambum invenimus Ram. lib. 1. IX, 17, *a.* Paeonem quartum Ram. lib. 1. IX, 34, *a.* XIII, 31, *b.* — Sed iam satis de rebus hisce ambiguis. Afferendo haec exempla nil volui, nisi monstrare, huius metri leges adhuc non ita esse perspectas, ut ex iis solis textum mutare liceat.

Restat ut textus, quem exhibui, rationem reddam. Descripsi eum e Codice MSto BIBLIOTHECAE REGIAE BEROLINENSIS, bengalicis literis chartae rubidae, formae maioris, inscripto. In quo exarando negligentissime versatus est scriba: saepius enim omisit vel Visargum, vel Anusvârum, vel Rêphum, vel adeo integras syllabas; literis sibilantibus omnino promiscue usus est; literas व (seu ब) et र minime constanter, ut fieri debuit, subscripto

---

(*) Quem locum laudat EWALD, Ram. ed. Seramp. T. I. p. 269, v. 12, *b.*, nescio, quo iure delenda ibi sit vox एव. Immo, optimus est versus, nisi quod typothetae errore omissum est Virâmum sub litera त, ut legatur अन्यत् वनं; nam euphoniae leges saepe negliguntur ante caesuram. Forma अन्यत quid sibi velit, equidem haud assequor.

puncto diacritico distinxit, sed modo huic, modo illi punctum adiecit; pro diphthongis औ et ौ saepissime scripsit ओ et ो, et similia. Huiusmodi menda equidem nil dubitans correxi; ubi vero emendatione violentiore opus esse videretur, textum, sicut erat, servare malui, quam verba incerta et falsa fortasse poetae tribuere. Attamen in talibus locis versione liberiore indicavi, quid poetam voluisse suspicatus sim.

Praemissis, quae de textu nostro in universum habuimus dicenda, iam singula deinceps sunt perlustranda. Praemonendi sunt lectores, non omnia ista, in quibus manifesto falsus erat codex, esse notata, sed cum ea, quae alius aliter fortasse emendare possit, tum ea, in quibus levissima mutatione recessi a lectione codicis, licet haec aliquo modo videretur toleranda.

CAPUT I.

1, *a.* Pro वा fortasse legendum est वै; nam particula adversativa वा minime apta est iis verbis, quae concludunt caput praecedens.

1, *b.* Si verbum विधा idem in hoc loco significat, quod 18, *a.*, scilicet *induere formam*, haud placet pron. relat. masc. bis positum, utpote referendum ad plures incarnationes, cum in tota hac sectione non nisi de Krishni incarnatione sermo sit. Magis placeret यद् यद् विधाय *quidquid disposuerit, egerit.*

5, *b.* Pronomen तस्य referendum putavimus ad vocem कलह:; fortasse vero ad ipsum Dâmânem referri potest, ita ut पापात् तस्य idem sit, ac स्वपापात्. Ceterum levi mutatione lectionem meliorem efficere possemus, scribendo शापात् तस्या i. e. *Râdhae exsecratione*, quod optime congrueret narrationi. Cfr. cap. III, 97 seqq.

7, *b.* Pro भविष्यावि si quis legere mavult भरिष्यामि, codex non repugnat. Cfr. quae diximus de scriptura codicis, pag. 10. Scripsimus vero भविष्यामि, adducti loco simili, Cod. MS. p. 76. l. 3. ubi de Krishno dicit poeta

बभूव शिशुरूपं वै कैशोरं च विहाय च ।

9, *a*. क्षणे मन्ये etc. Sic scribendum esse coniecit cl. Bopp; codex habet क्षणेन मे.

10, *b*. Locutio मुखम् पिबामि चक्षुश्चकोराभ्याम् occurrit nobis in duobus aliis huius libri locis; vocem चकोर vero, cuius significatio a Wilsonio exhibita haud apta videtur, nusquam reperimus seorsim positam.

11, *a*. Cod. तम् आत्मा etc.

12, *a*. त्वयि मनः. Subintelligi potest निवर्त्तते, sicut Nal. X, 15, *a*. aut समादधामि, sicut Ram. lib. 1. XVII, 33, *b*.

14, *a*. Quid sibi velit वाराहे nescio. Confundere videtur poeta fabulam de incarnatione Vishnuis sub forma apri, cum eadem de Krishno.

22, *a*. Cod. स्तबकंपरं.

22, *b*. Verbum दृश् sensu metaphorico de voluptate venerea usurpatum esse, sicut Hebraeorum ידע monuit Bopp.

27, *b*. Codex omisit Anusvârum in medio versu, ita ut duo haec adiectiva efficiant compositum primae classis; malui tamen ambo seiungere.

29, *b*. कोटि apud poetas antiquas semper est nomen substantivum, ideoque dicendum fuisset कन्दर्पकोटि. Attamen et hoc et aliud nomen, लक्ष, poeta noster usurpat plane ac si adiectiva essent. Cfr. v. 38, *b*. cap. II, 81, *b*. cap. I, 60, *a*.

31, *a*. सुष्वाप proprie *dormivit*, hic significare videtur *inci-*

dit in moerorem, sicut बोधयामास, v. 13, *a*, proprie *expergefecit*, ibi vero *excitavit e moerore*, *consolatus est*.

34, *b*. Cod. दास्यानदास्यथ.

35, *a*. Cod. संवत्तत.

36, *b*. De voce पुरतः cfr. Bopp Gr. *r*. 690. not.***)

56, *b*. seqq. Poeta, nimis longus in describendo curru, graviter peccasse videtur contra grammatices leges, voci कोटि apponens adiectiva modo masculini, modo feminini generis. — Significationem nominis परिच्छद, quam, a Wilsonio omissam, etymologia offert, confirmatam invenimus locis Nal. XVII, 23, *b*. et Ram. lib. 1. XV, 8, *b*. (ed. Seramp. 1. XIV, 16, *b*.). — Quo referendus sit genitivus चम्पकानां, mihi quidem non liquet.

58, *a*. Pro अदृश्यैर् malim अदृष्टैर्.

60, *a*. De voce लक्त cfr. quae monuimus ad v. 29, *b*.

67. Quem huic loco inesse sensum conieci, in versione reddidi. Corrupta videntur ultima tria hemistichia; nam vox गोलोक est masculini generis.

CAPUT II.

15, *a*. विपरीत; cfr. Lassen de Pentapotamia pag. 87, not. ad Sl. 53, v. 2., et praecipue Distichon e Câmasâstro, ibid. pag. 88.

16, *a*. त्रयोयकम् sic Codex. Corrupta videtur lectio, sed medelam non in promptu habeo.

19, *b*. शृङ्गारासक्ता, Cod. शृङ्गाराशक्ता.

21, *a*. स्वतनयं, Cod. स्तुतनयं.

25, *a*. Cod. स्थितिनकत्रयुष्माकंभविष्यतिपृथक्पृथक् quod si quis melius emendaverit, gratum nobis fecerit; nam haud valde placet nostra lectio.

29, *b*. Vox पर्यन्त, quam Wilsonius omisit, significat *porrigens usque ad*. Cfr. Ram. lib. 1. LXX, 3, *a*. (ed. Seramp. LVII, 3, *a*.). — द्विगुणम् est intervallum, quo quodvis mare distat a proxime praecedente, id quod apertius explicatum invenimus in libro क्रियायोगसार inscripto, Bibl. Reg. Berol. Mscr. orient. Fol. 158. pag. 3. ubi dicit Vyâsus:

एते समुद्रा देवर्षे पूर्वस्माच् च परस्परात् ।
विज्ञेया द्विगुणाः सर्वे etc.

Sed quantum sit spatium द्विगुणम् mihi quidem haud liquet.

34, *b*. Pro मग्नां, quod habet Codex, scripsimus मग्ना, quod sensus postulat.

35, *b*. Corruptus videtur textus; nam aut pro Accusativo requiritur Genitivus, sicut Ram. lib. 1. XXXIV, 40, *b*., aut pro forma passiva तुष्टा forma aliqua activa, ut verti possit: *illam filiis orbam exhilaravit Haris*.

40, *b*. रासेश्वरी *chorearum domina*, nominatur Râdhâ, quia bubulcarum choreas (रास) ducere solebat in Râsamandalo. Cfr. pag. 5.

43, *b*. Cod. नदीबभ्वसारश्च·

44, *a*. Cod. सङ्गमे· Locus similis est Nal. I, 31, *a*.

51, *a*. आवीरहस्ताश्र् sic Cod. Vocem आवीर nusquam reperi.

62, *b*. Cod. शाश्वते, quod mutavimus in शश्वत् ते, ut aliquem certe sensum haberet locus. Nam et sic molesta est vox ताम् in versu sequente. Malim vertere: *qui semper rebus humanis indulget, is ingrediatur* (लभताम्) *uterum humanum;* sed repugnant verba Sanscrita.

65, *b*. Cod. गमिष्यामि महेवरं·

67, *b*. Dubito, an recte verterim vocem compositam मानापनयनावधि; nam vox अवधि non nisi rarissime mihi occurrit. Unum tantum in promptu habeo exemplum, e libro क्रियायोगसार, laudato supra ad v. 29, *b*. in cuius pag. 19. reperi hunc versum:

परस्त्रियं समालिङ्ग्य क्षणमात्रं सुखम् भवेत् ।
इहा ’पकीर्तिः शेषे च दुःखं कल्पशतावधि ॥

68, *b*. Pro कुरु, quod nos scripsimus, Codex habet कारु.

74, *b*. Cod. ईश्वरीम्.

78, *a*. Cod. omisit Anusvârum in medio versu.

81, *a*. Cod. तद्विधा.

81, *b*. Cod. कोटिदेव्यस्.

85, *b*. कला ’पि pro कला अपि. De huiusmodi synaloephis cfr. SCHLEGEL ad Bhag. XI, 44, *b*., et BOPP ad Sund. I, 17, *a*. Locis ibi laudatis unum addere possumus ex Nalo XII, 96, *b*. तापसा ऽन्तर्हिताः.

90, *b*. Cod. तथापीयं.

94, *a*. अष्टोत्तरशतम् fortasse positum est pro अष्टोत्तरशतयुगम् *centum et octo aeva habens*. Saepius enim, ubi substantivum ab legente facile subintelligi potuit, nudum numerale posuerunt poetae; e.g. Nal. XV, 6, *b*. XXIV, 38, *b*.

94, *b*. Cod. कान्याश्च्.

95, *a*. कटु मुल्वनम्, sic separanda sunt verba codicis, nam वचनं est neutrius generis. Quid sibi velit vox मुल्वनम्, nescio.

100, *b*. Vox ईश्वर cum infinitivo constructa, significat: *parem, idoneum esse alicui rei faciendae, valere*. Sic Dêvimâhâtmyum I, 64, *a*. कस् त्वां स्तोतुम् इहे ’’श्वरः, quod idem est, ac in sequente eiusdem libri versu कः स्तोतुं शक्तिमान् भवेत्, *quis te celebrandi facultatem*

habet? In Râmâyano et Mahâbhârato haec significatio, quantum memini, non mihi occurrit.

106, *b*. Verba विच्छेदो हरिणा सह vertenda putavi: *seiunctio ab Hare*. Ita Nal. XIII, 34, *b*. voces भर्त्रा सह non cum versu praecedente, sed cum voce sequente वियोगम् च coniungere malim. Alioquin voces, seiunctionem significantes, etiam cum solo instrumentali coniunguntur, e. c. Nal. XV, 13, *b*. Ram. lib. 1. XXII, 8, *a*.

108, *a*. Cod. शापव्यानम्.

108, *b*. आनुपूर्व्या, instrum. vocis आनुपूर्वी, occurrit etiam Ram. lib. 2. II, 32, *b*. Idem est ac आनुपूर्व्येण. Arj. X, 35.

110, *b*. Cod. आगमिष्यति.



BRAHMA-VAIVARTA-PURÁNI
SPECIMEN.

॥ नारायण उवाच ॥

येन वा प्रार्थितः कृष्ण आजगाम मह्हीतलम् ।
यं यं विधाय भूमौ स जगाम स्वालयं विभुः ॥१॥
भारावतारणोपायं दुष्टानां च वधोद्यमम् ।
सर्वं ते कथयिष्यामि सुविचार्य विधानतः ॥२॥
अधुना गोपरूपं च गोकुलागमनं हरेः ।
राधा गोपालिका येन निबोध कथयामि ते ॥३॥
शङ्खचूडवधे पूर्वं सङ्क्षेपात् कथितं श्रुतम् ।
अधुना तत् सुविस्तार्य निबोध कथयामि ते ॥४॥

Nârâyanus inquit:

1. A quo rogatus Krishnus in terram descenderit; quam formam in
2. terra indutus princeps in domicilium suum redierit, dolum incarnationis sub forma Bhâri, impiosque occidendi conatum: haec om-
3. nia tibi narrabo, bene perpensa, ordine exposita. Iam Haris bubulci formam et quomodo bubulci familiam ingressus sit, a quo
4. Râdhâ bubulca facta sit narrabo tibi, ausculta. In narratione de Sankhachûdi morte antea breviter narrata audita sunt; nunc vero

श्रीदाम्नः कलहश् चे 'व बभूव राधया सह ।
श्रीदामा शङ्खचूडश् च पापात् तस्य बभूव ह ॥५॥
राधां शशाप श्रीदामा याहि योनिं च मानवीम् ।
व्रजे व्रजाङ्गना भूत्वा विचरिष्यसि भूतले ॥६॥
भीता श्रीदामशापात् सा श्रीकृष्णं समुवाच ह ।
गोपीरूपम् भविष्यामि श्रीदामा मां शशाप ह ॥७॥
कम् उपायं करिष्यामि वद माम् भयभञ्जन ।
त्वया विना कथम् अहं धरिष्यामि स्वजीवनम् ॥८॥
क्षणे मन्ये शतयुगं कालं नाथ त्वया विना ।
चक्षुर्निमिषविरहाद् भवेद् दग्धम् मनो मम ॥९॥
शरत्पार्वणचन्द्राभं सुधापूर्णाननं तव ।
नाथ चक्षुश्चकोराभ्याम् पिवाम्य् अहम् अहर्निशम् ॥१०॥

---

5. eadem uberius exponens narrabo tibi, ausculta. Dâmâni rixa fuit cum Râdhâ, cuius rixae scelere Dâman Sanchachûdus factus est.
6. Râdhâm exsecratus est Dâman: „ingredere uterum humanum; in
7. Vrajo bubulca facta ambulabis in terra." Perterrita Dâmânis exsecratione illa Krischnum allocuta est: „bubulcae formam induam,
8. Dâman me exsecratus est. Quem dolum faciam? dic mihi, o ti-
9. moris fractor! Quomodo sine te vitam sustentabo? Sine te, domine, vel momento, quasi centum aeva tempus videtur; oculi
10. nictationis seiunctione cor meum foret combustum. Faciem tuam, splendentem sicut festi autumnalis luna, nectare repletam, palpe-

त्वम् आत्मा मे मनः प्राणा देहमात्रं वदाम्य् अहम् ।
दृष्टिः शक्तिस् च चक्षुस् त्वं जीवनम् परमं धनम् ॥११॥
स्वप्ने ज्ञाने त्वयि मनः स्मरामि त्वत्पदाम्बुजम् ।
तव दास्यं विना नाथ न जीवामि क्षणं विभो ॥१२॥
कृष्णस् तद्वचनं श्रुत्वा बोधयामास सुन्दरीम् ।
वक्षसि प्रेयसीं कृत्वा चकार निर्भयां च ताम् ॥१३॥
महीतलं गमिष्यामि वाराहे च वरानने ।
मया सार्द्धम् भूगमनं जन्म ते ऽपि निरूपितम् ॥१४॥
व्रजं गत्वा व्रजे देवि विहरिष्यामि कानने ।
मम प्राणाधिका त्वं च भयं किं ते मयि स्थिते ॥१५॥
ताम् इत्य् उक्त्वा हरिस् तत्र विरराम जगत्पतिः ।

---

11. bris, o domine, haurio interdiu noctuque. Tu es anima mea, mens, spiritus, totumque corpus, sic dico, tu es visus meus, vis,
12. oculus, vita summaeque divitiae. Dormiens, vigilans, in te mentem defigo, recordorque pedum tuorum loti; nisi tibi inservire
13. possum, domine, ne momentum quidem vivam, egregie." Cuius sermone audito, Krischnus consolatus est pulchram; ad pectus
14. premens amatam, securam eam fecit. „Ego quoque, o pulchra facie praedita, terram adibo; mecum in terram descendere, ibique
15. nasci, tibi decretum est. Vrajum agressa, o dea, ambulabo ibi in sylva. Tu mihi vita es praestantior; quid times, me super-
16. stite?" Hanc sic allocutus Haris conticuit ibi mundorum dominus.

अतो हेतोर् जगन्नाथो जगाम नन्दगोकुलम् ॥१६॥
किं वा तस्य भयं कस्माद् भयान्तकारकस्य च ।
मायाभयच्छलेनै व जगाम राधिकान्तिकम् ॥१७॥
विजहार् तया सार्द्धं गोपवेशं विधाय सः ।
सह गोपाङ्गनाभिश् च प्रतिज्ञापालनाय च ॥१८॥
ब्रह्मणा प्रार्थितः कृष्णः समागत्य महीतलम् ।
भारावतारणं कृत्वा जगाम स्वालयं विभुः ॥१९॥

॥ नारद उवाच ॥

श्रीदाम्नः कलहश् चै व कथं वा राधया सह ।
सङ्क्षेपात् कथितम् पूर्वं संव्यस्य कथया ऽधुना ॥२०॥

Hac ex caussa mundorum dominus ingressus est familiam Nandi
17. bubulci. Quid vero? cur huic, vel timoris fractori, timor fuit?
18. A Mâyâ timore deceptus Râdham adiit. Ambulavit cum illa, bubulci habitum indutus, et cum bubulcorum mulieribus, ut pro-
19. missum servaret. Krischnus, terram aggressus, Bhâri incarnatione facta, Brahmane rogante, rediit in domicilium suum princeps.

Nâradus inquit:

20. Dâmânis rixa cum Râdhâ quomodo orta est? Hanc, iam antea breviter enarratam, nunc fusius exponens, narra.

॥ श्रीनारायण उवाच ॥

एकदा राधिकासार्द्धं गोलोके श्रीहरिः स्वयम् ।
विजहार महारण्ये निर्जने रासमण्डले ॥२१॥
राधिका सुखसम्भोगाद् रुरुधे न स्वकम्पनम् ।
कृत्वा विहारं श्रीकृष्णस् ताम् अदृष्ट्वा विहाय च ॥२२॥
गोपिकां विरजाम् अन्यां शृङ्गारार्थं जगाम ह ।
वृन्दारण्ये च विरजा सुभगा राधिकासमा ॥२३॥
तस्या वयस्याः सुन्दर्यो गोपीनां शत कोट्यः ।
कृष्णप्राणाधिका गोपी धन्या मान्या च योषिताम् ॥२४॥
रथसिंहासनस्था सा ददर्श हरिम् अन्तिके ।
ददर्श श्रीहरिस् तां च शरच्चन्द्रनिभाननाम् ॥२५॥
मनोहरां सास्यतां च पश्यन्तीं वक्रचक्षुषा ।

Nârâyanus inquit:

21. Ambulavit quondam in bovum coelo Haris ipse una cum Râdhâ,
22. in sylva magna, deserta, in saltationis planitie. Râdhâ, voluptatem fruendi cupidine, reprimere non potuit tremorem. Krischnus, ambulatione finita, illam, cuius cupiditatem non expleverat, relin-
23. quens, Vírajam, aliam bubulcam adiit, voluptatis caussa. In Vrin-
24. darum sylva Viraja fausta, Râdhae similis fuit; cui amicae pulchrae erant bubulcarum centies centum millia. Krischno vita carior erat
25. bubulca dives, honorataque mulierum. Sedens in pulcherrima currus sede conspexit Harem praesentem, viditque Haris illam,

सदा षोडशवर्षीयाम् प्रोद्भिन्ननवयौवनाम् ॥२६॥
रत्नालङ्कारशोभाढ्यां भूषितां शुक्लवाससा ।
पुलकाञ्चितसर्वाङ्गीं कामवाणप्रपीडिताम् ॥२७॥
दृष्ट्वा तां श्रीहरिस् तूर्णं विजहार तया सह ।
पुष्पतल्पे महारण्ये निर्जने रत्नमण्डपे ॥२८॥
मूर्छाम् अवाप विरजा कृष्णशृङ्गारकौतुकात् ।
कृत्वा वक्षसि प्राणेशं कोटिकन्दर्पसन्निभम् ॥२९॥
तया "सक्तं श्रीहरिं च रत्नमण्डपसंस्थितम् ।
दृष्ट्वा च राधिकान्यास् च चक्रुस् तां च निवेदनम् ॥३०॥
तासां तु वचनं श्रुत्वा सुष्वाप च रुरोद च ।
भृशं रुरोद सा देवी रक्तपङ्कजलोचना ॥३१॥

---

26. praeditam facie plenilunio simili, animum rapientem, pulcherrimo vultu praeditam, intuentem globosis oculis, semper sedecim annos
27. natam, progerminante recenti iuventute praeditam, gemmei ornatus splendore divitem, ornatam candidis vestibus, in cuius toto cor-
28. pore gaudio erigebantur pili, Kâmadêvi sagittis sauciam. Quam cum vidisset Haris, celeriter iocatus est cum illa in florum strato,
29. in magna sylva deserta, in gemmea villa. Animi deliquium passa est Viraja, cupidine voluptatis cum Krischno, ad pectus premens
30. vitae dominum, innumeris Kandarpis similem. Cui adhaerentem Harem, in villa gemmea commorantem conspicientes Râdhae ami-
31. cae, hanc certiorem fecerunt. Quarum sermone audito obstupuit,

ता उवाच महादेवी मां तं दर्शयितुं क्षमाः ।
यदि सत्यम् ब्रूत यूयम् मया सार्द्धम् प्रगच्छत ॥३२॥
करिष्यामि फलं गोप्याः कृष्णस्य च यथो चितम् ।
शीघ्रम् आनयता न्याश् च तया सार्द्धं हरिप्रियाः ॥३३॥
अन्तर्वक्रं सस्मितं च विषकुम्भसुधामुखम् ।
दयाश्रियं समागन्तुं यूयं दास्यो न दास्यथ ॥३४॥
तम् एव मण्डपं रम्यं यात संवक्ष्यते ऽश्वरम् ।
राधिकावचनं श्रुत्वा काश्चिद् गोप्यो भयान्विताः ॥३५॥
ताः सर्वाः सम्पुटाञ्जल्यो भक्तिनम्रात्मकन्धराः ।
ताम् ऊचुः पुरतः स्थित्वा सर्वा एव प्रियां सतीम् ॥३६॥
वयं तं दर्शयिष्यामो विरजासहितम् प्रभुम् ।
तासां तु वचनं श्रुत्वा रथम् आरुह्य सुन्दरी ॥३७॥

---

flevitque; vehementer flevit dea illa, rubicundo loto similibus
32. oculis praedita. Has allocuta est magna dea: „num monstrare
33. mihi illum potestis? si verum dicitis vos, mecum procedite. Mercedem dabo bubulcae et Krishno, sicut merentur; celeriter ad-
34. ducite alias ab Hare amatas. Malignum istum, ridentem, venenato nectaris ore praeditum, amore plenum introire, vos, o servae,
35. ne patiamini. Ad amoenam villam accedite, alloquimini principem."
Râdhae voce audita nonnullae bubulcae timore affectae sunt;
36. omnes illae iunctis manibus, reverentia cervices incurvantes, illam
37. allocutae sunt, coram adstantes omnes, amatam, bonam: „Nos il-

जगाम सार्द्धं गोपीभिस् त्रिसप्तशतकोटिभिः ।
रत्नेन्द्रसाररचितं कोटिसूर्यसमप्रभम् ॥३८॥
मणीन्द्रसाररचितं कलसानां त्रिकोटिभिः ।
राजितैश् चित्रराजीभिर् ज्वलद्भिश् च विराजितम् ॥३९॥
लक्षचक्रसमायुक्तम् मनोयायिमनोहरम् ।
मणिसारविकारैश् च कोटिस्तम्भैः सुशोभितम् ॥४०॥
नानाचित्रविचित्रेण सहितैः सुमनोहरैः ।
सिन्दूराकारमणिभिर् मध्यदेशविभूषितैः ॥४१॥
रत्नकृत्रिमसिंहैश् च रथचक्रोर्द्धसंस्थितैः ।
चतुर्लक्षपरिमितैश् चित्रघण्टासमन्वितैः ॥४२॥
चित्रनूपुरशोभाद्यैर् विचित्रैश् च विराजितम् ।

---

lum monstrabimus, apud Virajam commorantem, principem." Qua-
38. rum voce audita in currum ascendit pulchra, abiitque cum ter septingentis *kôtibus* bubulcarum; (ascendit in cnrrum) optimis gemmis compositum, innumerorum solum splendore splendentem,
39. ex optimis margaritis confectum, innumeris vasibns, splendentibus,
40. multicoloribus, fulgentibus splendentem; innumeris rotis praeditum, animum commoventem, animum rapientem; ornatum innu-
41. meris variarum margaritarum columnis, quae cum versicolori ornamento coniunctae, animum rapientes, margaritis minio similibus in
42. medio distinctae erant; leonibusque e gemmis confectis, supra rotos stantibus, quater centum millia efficientibus, varia tintinna-
43. bula gerentibus, pedum annulis ornatis, versicoloribus; gestantem

रतिमन्दिरलक्षैश् च रत्नसारविनिर्मितैः ॥४३॥
मणिसारकवाटैश् च शोभितैश् चित्ररागिभिः ।
मणीन्द्रसारकलसशेखरोज्ज्वलितैर् युतम् ॥४४॥
भोगद्रव्यसमायुक्तं वेशद्रव्यसमन्वितम् ।
शोभितं रत्नशय्याभी रत्नपात्रघटान्वितम् ॥४५॥
हरिन्मणीनां वेदीनां समूहेन समन्वितम् ।
कुङ्कुमाभमणीनां च सोपानकोटिभिर् युतम् ॥४६॥
स्यमन्तकैः कौस्तुभैश् च रुचकैः प्रवरैस् तथा ।
पद्मकृत्रिमकोटीनां शतकैश् च सुशोभितम् ॥४७॥
चित्रकाननवापीभिर् विशिष्टाभिर् विराजितम् ।
रत्नेन्द्रसाररचितं कलसोज्ज्वलशेखरम् ॥४८॥
शतयोजनम् ऊर्द्ध्वं च शतयोजनविस्तृतम् ।
पारिजातप्रसूनानाम् मालाकोटिविराजितम् ॥४९॥

---

innumeras aediculas voluptarias, e pulcherrimis gemmis confectas,
44. ornatas portis gemmeis, fulgentibus, quae splendebant gemmeis va-
45. sibus coronisque, praeditum rebus voluptariis, tectumque vestibus;
46. ornatum lectis gemmeis, praeditum gemmeis poculis; ornatum multitudine altarium ex viridibus gemmis confectorum; instructum
47. innumeris scalis gemmarum crocei coloris; Syamantacis, Kaustu-
48. bhis, eximiisque Ruchacis; ornatum innumeris loti artificiis; variis sylvis et aquis, eximiis, distinctum; ex optimis gemmis con-
49. fectum, vasum splendore coronatum; centum *yôjana* altum, centum

कुन्दानां करवीराणां यूथिकानां तथै व च ।
सुचारुचम्पकानां च नागेशानाम् मनोहरैः ॥५०॥
मल्लिकानाम् मालतीनाम् माधवीनां सुगन्धिनाम् ।
कदम्बानां च मालानां कदम्बैस् च विराजितम् ॥५१॥
सहस्रदलपद्मानाम् मालापद्मैर् विभूषितम् ।
चित्रपुष्पोद्यानसरःकाननैस् च विभूषितम् ॥५२॥
